

quam omnibus praedecessoribus meis. In primo mortuo domino^a Tidemanno de Hagen praedicto proconsules et consules capellam praedictam mihi contulerunt cum praesentatione et sigillo civitatis et sigillo pastoris Sancti Reinoldi mihi praesentaverunt, et tunc ex iussu pastoris praedicti ad praedictam capellam fui investitus et similiter claves capellae et domus supra murum. Et consimiles claves nullus alius nisi ego et nostra familia habuit ad domum, ad reclusorium, ad chorum, ad campanas supra testudinem chori et ad hortum pertinentes^b, quae omnia et singula ad praedictam capellam^c pertinentia. Et multae aliae claves necessariae ad dotem mihi commendatae fuerunt, a quo fui investitus, cui traditae fuerunt a manifoldis et familiis praedecessorum, quas claves et alia pertinentia ad capellam praedictam in custodia a morte praedecessoris^d habuerunt, donec mihi praesentatae fuerunt, ut moris est, absque aliqua contradictione sive protractione.

Insuper intravi domum sancti Benedicti super murum iuxta capellam praedictam cum domino Christiano rectore ecclesiae sanctae Mariae¹, domino Thoma de Geiseke², domino Ludolpho de Kulpe³ et Ioanne custode ecclesiae sanctae Mariae praedictae, et caeteris fidedignis testibus. Pauca utensilia domus inveni, domum fractam, tectum stillantem. Et crucem ligneam super tectum in facie tecti inveni. Ista ad me recepi et secundum possibilitatem meam melioravi. Ista feci facere instrumenta⁴ super ea, quod post mortem in domo utensilia de singulis manere debent in perpetuum, ut patet in^e instrumentis de bonis meis habitis et possessis capellae et successoris meo.

Item inveni fenestras cum vitris pictis imaginibus constructas in domo praedicta, quas dominus Betermannus rector capellae, praedecessor domini Tidemanni de Hagen, construxit, cum fecit renovare domum ad usum capellae.

Item inveni aliquas litteras de capella. Et in primo anno multum in ista domo renovavi, et cellaria et cameras feci renovari et pingere^f ad honorem Dei et sancti Benedicti et ad utilitatem successorum etc.

a) 'domino' fehlt A. b) Die Stelle ist schlecht und zwar in AB etwas anders als in C überliefert. In AB lautet sie: 'Et consimiles claves nullus alius habuit ad domum ad reclusorium, nec ego et nostra familia, et ad chorum, ad campanas supra testudinem chori et ad reclusorium et ad hortum pertinentes' In C fehlt 'ad reclusorium — chorum'. c) AB 'tunc' statt 'capellam'. d) ABC 'praedecessores'.
e) C 'ex'. f) So in ABC.

1) Als solcher erwähnt von 1369 (Rübel I, N. 839) bis 1406 (Fahne II¹, N. 191). 2) Pfarrer in Wengern. Vgl. unten das Notariatsinstrument d. d. 1381, Juli 30, p. 547. 3) Nachweisbar als Dortmunder Bürger von 1359 (Rübel I, N. 744) bis 1406 (Fahne II¹, N. 191).
4) Wohl ein Hinweis auf das im Anhang abgedruckte Instrument.